MISSALE ZAGRABIENSE

Diözese Agram, 3. Viertel 15. Jh. Seite 50r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



minister eius; ascen
densque moises in monte
dei, senioribus ait. Expe
ctate hic donec revertamur
ad vos. habetis aaron et
hur vobiscum; si quid na
tum fuerit questionis referre
tis ad eos. Cumque ascendisset
moises operuit nubes mon
tem; et habitavit gloria domini
super sinay tegens illum nu
be sex diebus. Septimo autem
die vocavit eum de medio
caliginis. Erat autem species glorie
domini quasi ignis ardens super
verticem montis in conspectu
filiorum israel. Ingressusque
moises medium nebule
ascendit in montem; et
fuit ibi quadraginta diebus
et quadraginta noctibus. Gr.
Tribulationes cordis mei
dilatate sunt de necessitatibus
meis eripe me domine. V. Vide hu
militatem meam et laborem meum
et dimitte omnia peccata mea. Oro.
Devotionem populi tui
quesumus domine benignus
intende; ut qui per abstinentiam
macerantur in corpore, per
fructum boni operis reficiantur
in mente. Per. Lectio libri regum.
In diebus illis. Venit helias
in bersabee iuda et dimi
sit ibi puerum suum; et per
rexit in desertum via unius
diei. Cumque venisset et sederet
subter unam iuniperum; petivit
anime sue ut moreretur, et ait.
Sufficit mihi domine tolle
animam meam; neque enim me
lior sum quam patres mei.
Proiecitque se; et obdormivit
in umbra iuniperi. Et
ecce angelus domini tetigit eum;
dixitque illi. Surge comede.
Et respexit. Et ecce ad ca
put suum subcinericius pa
nis; et vas aque. Comedit
ergo et bibit; et rursum
obdormivit. Reversusque est
angelus domini secundo et tetigit
eum; dixitque illi. Surge
comede; grandis enim restat
tibi via. Qui cum surrexisset;
comedit et bibit; et ambula
vit in fortitudine cibi
illius quadraginta diebus